



Hispaniarum.



ACRA Rituum Congregatio declaravit, quod vbi in Hispanijs authoritate Apostolica, aut eiusdem Sacræ Congregationis conceditur vt Officium, & Missa Beati Martyris PETRI DE ARBVES (aliàs Magistri de Epila nuncupati) Primi Inquisitoris Apostolici Regni Aragoniæ recitari, & celebrari possit die 17. SEPTEMBRIS sub ritu duplici de communi vnus Martyris, &c. Præcipuè in Metropolitana Ecclesia Sancti Salvatoris Cæsaraugustæ, vbi dictus Martyr fuit Canonicus, & eius corpus veneratur: In Parrochiali Oppidi de Epila, in quo natus est, & in omnibus Ecclesijs Generalis Inquisitionis Hispaniarum, ibi transferatur Festum sub invocatione SANCTISSIMI NOMINIS MARIE celebrari solitum ex concessione Apostolica in tota Hispania sub eadem die 17. SEPTEMBRIS ad aliam diem ab Ordinario eligendam; & ita decrevit, & seruari mandavit. Hac die 3. Septembris 1672.

Franc. Episc. Portuensis Card. Brancatius.

Loco ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalins Sac. Rit. Congr. Secr.

*Concuerta con el que se remitiò del Consejo Supremo de la Santa General Inquisicion à este Tribunal de el Santo Oficio de Granada, donde queda.
Julio de 1673.*

*Licenc. Don Luys Joseph
de Aguayo Valdès.
S.*